

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diabolus b  
cum fonte primo

Dyabolus  
plerumque uult nocere et non potest  
quia potestas ista sub potestate.  
Nam si tantum posset nocere dyabolus quantum uult,  
aliquis iustorum non remaneret.

Augustinus super Psalmos.

Diabolus potestas quaedam est;  
plerumque tamen uult nocere, et non potest,  
quia potestas ista sub potestate est.  
Nam si tantum posset nocere diabolus quantum uult,  
non aliquis iustorum remaneret,  
aut aliquis fidelium esset in terra.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*,  
61.20 (CCSL 39, E. Dekkers & J. Fraipont eds.,  
p.788, ll.23-26).